D. AVGVSTINI BARBOSÆ I.V.D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,
OLIM IN ROMANA CVRIA CONGREGATIONIS INDICIS
Conſultoris;& inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarij maioris;
Poſtea in Regno Neapolitano digniſſimi Epiſcopi Vgentini;

REPERTORIVM IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

IN QVO ORDINE ALPHABETICO PRINCIPALIORES,
& practicæ vtriuſque iuris Concluſiones collectæ indicantur, & magnâ
Doctorum copiâ exornantur;

OPVS POSTHVMVM

Iudicibus & Aduocatis vtiliſſimum, ſtudio & induſtriâ D. SIMONIS VAZ BARBOSÆ
V.I.D. *Authoris Fratris, eiuſdémque Eccleſiæ inſignis Vimaranenſis*
Canonici digeſtum.

Editio nouiſſima, à mendis quæ priori editioni irrepſerant, Expurgata.

COLONIÆ ALLOBROGVM.

Excudebat PHILIPPVS GAMONETVS.

Anno M. DC. LXIX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

D. AVGVSTINI BARBOSÆ I.V.D. LVSITANI,

PROTONOTARII APOSTOLICI,

OLIM IN ROMANA CVRIA CONGREGATIONIS INDICIS
Conſultoris; & inſignis Eccleſiæ Vimaranenſis Theſaurarij maioris;
Poſtea in Regno Neapolitano digniſſimi Epiſcopi Vgentini;

REPERTORIVM

IVRIS CIVILIS ET CANONICI.

IN QVO ORDINE ALPHABETICO PRINCIPALIORES,
& practicæ vtriuſque iuris Concluſiones collectæ indicantur, & magnâ
Doctorum copiâ exornantur;

OPVS POSTHVMVM

Iudicibus & Aduocatis vtiliſſimum, ſtudio & induſtriâ D. SIMONIS VAZ BARBOSÆ
V.I.D. *Authoris Fratris, eiuſdémque Eccleſiæ inſignis Vimaranenſis
Canonici digeſtum.*

Editio nouiſſima, à mendis quæ priori editioni irrepſerant, Expurgata.

COLONIÆ ALLOBROGVM.

Excudebat PHILIPPVS GAMONETVS.

Anno M. DC. LXIX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA SALAMANCA

AD SACRATISSIMAM,

ET VENERABILEM DEIPARAM VIRGINEM MARIAM DA OLIVEIRA, ANGELORVM REGINAM ET DOMINAM NOSTRAM,

Atque inſignis, Regaliſque Collegiatæ Eccleſiæ valde notabilis Oppidi antiqui Vimaranenſis Patronam.

DEDICATORIA ORATIO.

ERRAREM ſanè, Virgo ter maxima, niſi te quærerem in Patronam, cuius patrocinium, vel qui officiosè non ambiunt, feliciter ſentiunt. Cum in omnibus meis Operibus ſemper patrocinium tuum implorem, in hoc præſertim implorandum exiſtimaui. Nam qui ingentium beneficiorum, quæ pro exiguis officiis tibi ſacratis confers largitatem, fuerit, expertus, Virgo ſanctiſſima, facilè audaciæ meæ veniam donabit, quod hunc tibi librum dedicauerim, ſub Regióque tuo patrocinio, & præſidio munitus, in lucem ediderim, cuius peculieri inuocatione ab Oliua, & tutela, ac protectione, tot, tantiſque fœcundioribus miraculis noſtra Regia, & inſignis, Eccleſia ornatur, atque pluribus prærogatiuis, exemptionibus, priuilegiis, & libertatibus illuſtratur, eidem Eccleſiæ à Regibus Luſitanis conceſſis, qui felicis Oliuæ ramis in ſigna victoriæ, & pacis ſua etiam ſuſpendebant ſpolia, atque vexilla. Sed vt munus hoc exiguum eleganter offeram, multiloquio mihi coram te opus non eſt, quia etſi laudum tuarum tota die præconia cantem, ac linguis hominum loquar, & Angelorum, non erit mihi poſſibile exhaurire ampliſſimum mare tuarum virtutum. Igitur, Virgo Beatiſſima, quia cordis magis, quam Operis dedicatio tibi accepta eſt, cum acceptione tua dignum non ſit hoc Opus, ſuſcipe offerentis animum, & pro benignitate, atque clementia tua votis annue ſupplicantis.

REPERTORIVM LOCORVM COMMVNIVM VTRIVSQVE IVRIS, ALPHABETICO ORDINE DISPOSITVM.

LITTERA A.

Verbo ABBAS, ABBATIA, & ABBATISSA.

ABBAS eſt potius nomen ſollicitudinis quam honoris *cap. cum de ætate & qualit.* Stephan. Gratian. *diſceptat. forenſ. cap. 270. num. 26.*

Abbas, vel Prælatus poteſt eſſe teſtis pro ſuo monaſterio, Farin. *in praxi criminis pag. 2. tit. 6. de oppoſit. contra perſonas teſtium quæſt. 61. num. 344. cum ſequentibus.*

Abbates ſoli Regulares ſunt in dignitate conſtituti, ita Sebaſtian. Cæſar *in ſua hierarchia Eccleſiaſt. pag. 3 diſput. 13. §. 2. num. 4.*

Abbates in ſuis Monaſteriis iuriſdictione vtuntur ordinaria, Auguſtin. Barboſa *ad cap. quanto 7. num. 6. de offic. Ordin.*

Abbates Ordinum expedit eſſe perpetuos non temporales, Fr. Emman. Frederic. *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 16. art. 1.* Nauar. *comment. 3. de Regular. numer. 5.* Azor *inſtitut. moral. pag. 1. lib. 12. cap. 20. col. 1150.*

Abbatia & Epiſcopatus æquiparantur, Flamin. *de reſignat. lib. 8. quæſt. 11. num. 18. & quæſt. 13. nu. 6.* De Abbate exempto habente iuriſdictionem Epiſcopalem. Vide plures citat. apud *Flor. Var. quæſt. 24. per totam.*

Abbatiſſa, vel *Prioriſſa* non poteſt eſſe illegitima abſque Papæ diſpenſatione, ſeclusis Religionum priuilegiis Barboſa *in collect. ad Concil. Triden. ſeſſ. 25. de Regular. cap. 7. num. 2. & 3.*

Abbatiſſæ poſſunt eſſe moniales, etiamſi habeant impedimentum ex genere maculato, Fr. Emman. Roderic. *tom. 1. quæſt. Regular. quæſt. 15. art. 13.*

Abbatiſſa, ſeu Præpoſita eſſe non poteſt monialis, ſi fuerit minor quadraginta annorum, & non habuerit octo annos poſt ſuam profeſſionem, Cardoſ. *in praxi Iudicum & Aduocatorum*, verbo *Regulares num. 31.*

Abbatiſſæ poſſunt habere iuriſdictionem Eccleſiaſticam, Barboſ. *in addit. ad collect. capit. dilecta 12. de maior. & obedient. pag. 14.* Non poſſunt tamen excommunicare, nec benedicere, nec ſacra vaſa tangere, nec velare Moniales, nec abſoluere, nec iudicare, niſi aliqua eorum habeant de conſuetudine; poſſunt verò inſtituere & ſuſpendere ſuos ſubditos, vt ex Alex. *in cap. nona*, vbi Gloſ. *fin.* & Doct. *de renuntiat. & cap. dilecta*, vbi Gloſ. *de maiorit. & obedien.* probat Cardoſ. *in praxi Iudicum & Aduocator. lit.* A. verbo *Abbas num. 9. de cognoſcentibus Abbatiſſis tertij Ordinis.* Vide Farin. *in praxi pag. 5. quæſt. 146. num. 19.*

Verbo ABSOLVERE, ABSOLVTIO, & ABSOLVTVS.

ABSOLVTIO excommunicationis probat excommunicationem præceſſiſſe, & petens abſolutionem videtur fateri ſe eſſe excommunicatum, Barboſ. *in cap. venerabilem 34. de elect. num. 24.* quamuis contrarium notet *ad cap. exhibita 12. numer. 5. de homicidio.*

Abſolutionem excommunicationis poteſt petere ad cautelam, qui allegat nullam fuiſſe, quia lata poſt appellationem aut errorem manifeſtum habere Cardoſ. *in praxi Iudicum & Aduocator.* verbo *Abſolutio, numer. 5.* Barboſ. *ad cap. perpetuas 40. num. 5. de ſenten. excommunicat.* vbi *num. 2.* quod Iudex appellationis ſtatim abſoluere poteſt à cenſura lata per Iudicem à quo appellatur, ſi conſtiterit ſententiam excommunicationis eſſe iniuſtam; limita niſi ut excommunicatus pro manifeſta Clerici percuſſione, Cardoſ. *vbi proxime.*